UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vis

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

formoſus faber ædificauerit, ſed quæ ſplendida, & ſuis parietibus fuerit compoſita. Rem quidem militarem, equitandi diſciplinam, arteſque eas, quæ doctrina traduntur, poſſumus filios edocere: virtus nulla parentum eruditione, ſed diuino quodam numine fauoreque percipitur, ac ſerie occulta fatorum. *Lib. de nobilitate, fol.*

Hanc tam late patentem inſaniam peruulgatam videmus, vt qui virtutum & bonarum artium ſtudiis procul ab externarum rerum dediti cupiditate, hæc adumbrata fortunæ beneficia contemnant, aut vecordes, aut imbecilli animi, aut ſtulti eſſe dicantur: Etenim omnes ferme mortales, veluti ex loco inferiori ſuſpicientes hos ex altiſſima, vt videntur, baſi ſuſpenſos, rerum dominos admirantur atq; obſtupeſcunt, inhianteſq; ad exteriorem principum pompam atq; ornatum, quales oculis cernuntur, tales interius eſſe putant: virtutem vero, & bene viuendi diſciplinam pauci appetunt, pauciores quærunt: ſatis ſuperque ſibi ſapientiæ atque prudentiæ ineſſe, vel potius ſupereſſe ducentes, dummodo ea aſſequantur, quæ præclara ac ſpecioſa vulgo publica inſania fecit. Sed pars maxima noſtræ infelicitatis ſtultitia eſt: qua in tantum mentes hominum à vero procul abducuntur, atq; opinionib. fallacibus excœcantur, vt nihil ſincerum, nihil rectum poſſint diſcernere, id tantum expetendum eſſe ducentes, ad quod vulgaris appetitus communi errore labatur. Nos vero, quos doctrina ſanctorum ſapientum virorum ſequi, atque eorum præceptis obtemperare decet, longe aliter à communi ſtultitia ſentire. vitamq; felicem non in fortunæ arbitrio, ſed in virtutis præſidio conſtituere debemus. Non enim rebus externis & fortuitis, ſed animi bonis felicitas tribuenda eſt. Cui quidem ſententiæ multi excellentes ingenio viri, inhærentes abiectis propriis fortunis philoſophiæ ſtudio vacarunt, vt veram felicitatem aſſequerentur. *Lib. de infelicitate principum, in præfatione, fol.* 399.

Roterodami. Vt palma, quia cortice ſit cultellato: difficilis quidem eſt aſcenſu, ſed fructum habet dulciſſimum: Itidem eruditio & virtus aditum habent difficilem, ſed fructum dulciſſimum. *In ſimil.*

Vt ſpeculum non reddit imaginem, niſi ſubſternas vitro ſtannũ, aut æs, aut aurum, aut ſimile quippiam ſolidum, quod imaginem non ſinat perfluere: Ita non niſi in animis ſolidis, & vera virtute nixis relucet imago veri. *In ſimil.*

Vti ſol, quo magis in alto eſt, hoc minores iacit vmbras: quo terræ propinquior, hoc maiores, puta mane ac veſperi: Ita virtus, quo maior eſt, & excelſior, hoc minus videri cupit minuſq; ſeſe oſtentat: contra qui minus ipſa re valent, magis ſeſe dilatant oſtentatione. *In ſimil.*

Quum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent floribus. Ita virtus & literæ ſic ab aliis ſumuntur, vt nihilo deterior ſit is, qui communicauit. *In ſimil.*

Sicut primum pictura cœpit ab vmbris & lineis, deinde monochromata, mox acceſſit lumen & vmbræ vna cum colorum varietate, donec ad ſummam artificii peruenit admirationem: Ita virtus in nobis non ſtatim abſoluta naſcitur, ſed paulatim quotidianis auctibus ad ſummum perducit. *In ſimil.*

Iris gemma non niſi in opaco reddit colores arcus cæleſtis, nec ita vt ipſe habeat in ſe, ſed parietibus illi dat, in ſole coloribus caret: Ita quidam varia virtutum ſimulacra præ ſe ferunt: ſed in obſcuro, quod in ſe non habent, tamen in aliorum animis veluti præſentant ac gignunt. *In ſimil.*

Quemadmodum in opaco multarum gemmarum dotes eminent, nempe carbunculi tenuior ignis, amethyſti fulgens purpura, ſmaragdi virens mare, cunctaq; hæc pariter incredibili mixtura lucentia: Ita multorum virtutes in vno hoc eminent: aut in ſacris literis ſimul inuenitur quicquid apud vllos ethnicos ſcriptores placere poteſt. *In ſimil.*

Thriueri, Vt agrum, qui ad ſementem comparatur, ſcindi oportet, inarari, occari, ſarriri, & aliis quam plurimis modis vexari: Sic nos quoq;, dum ad virtutem erudimur, nulla laborum patientia decet frangi *In apoph.* 210.

Quemadmodum ſemen ignauum quidem apparet, & iniucundum, ac multum volupe eſt, dum adoleſcit, dum floret: Ita tandem & virtus ſuam alacritatem, ſuum fructum præter ſpem exhibet, cuius initia erant dura & iniucunda. *In apoph.* 38.

Nemo, qui lactucis eget, vrticis hortum conſerit, aut ſaburra nauim implet, qui ſat mercium habet: Tanto imprudentius pueris obtruduntur fabulæ, omiſſis, quæ ad vitam faciunt, præceptis ac regulis. *In apoph.* 15.

Litet ſuccus nunquam omnem ſuam naturam exuit, tamen neſcio quid vitii ex vaſe concipit, certe gratiam amittit. Sic neque virtus ſuam alacritatem retinet in animi vitio, licet diuerſo, obnoxio. Etenim indolem acoremque eiuſdem vitii redolet. *In apoph* 32.

Vt terra, licet culta, ſed ſemine obruta, non ſtatim fruges edit, ſed clementiam cœli expectat: Sic virtus nequaquam ſolis præceptis innititur, ſed ſurſum datur, ac cœleſti irrigatione perficitur. *In apoph.* 14.

Quas vulgus miratur virtutes, alacritatem ſuam accipiunt ex populi conſpectu: At virtus animi ſæpe eo eſt elegantior, quo eſt occultior. *In apoph.* 115.

Non eſt iniucunda ægris occulta medicamentorum abominabilis ipſorum amaritudo, acerbitas. Nec ingrata eſt ipſa gratia, ſed tantum ſenſui diſplicet externa apparens moleſtia. *In apoph.* 73.

Aurum aliquando circumciſum eſt, atque caret appendice: At virtus noſtra nunquam eſt integra, tur, meritorum Chriſti opus habet auctuario. te 51.

Vt quo aliquid peculiarius eſt, eo fere charius & quanto eſt admirabilius, pauciſſimos virtutem colere, omnia vitia. *In apoph.* 41.

Vis eſt omne, quod eſt principium operationis tat principium orationis perfectæ. *ex B. Thom.* are. 1.

¶ EMBLEMATA.

Ἀντέρως, id eſt, amor virtutis.
Emblema CIX. Andr. Alciat.

Dic, vbi ſunt incurui arcus? Vbi tela Cupid
Mollia queis iuuenum figere corda ſoles?
Fax vbi triſtis? vbi pennæ? tres vnde corollas
Fert manus? vnde aliam tempora cincta
Haud mihi vulgari eſt hoſpes cum Cypride
Vlla voluptatis nos neq; forma tulit
Sed puris hominum ſuccendo mentibus
Diſciplinæ animos aſtraq; ad alta traho
Quatuorq; ipſa texo virtute corollas:
Quarum, quæ Sophiæ eſt, tempora prima

Virtuti fortuna comes.
Emblema CVIII.

Anguibus implicitis geminis caduceus
Inter Amalthea cornua rectus adeſt,
Pollentes ſic mente viros, fandiq; peritos
Indicat, vt rerum copia multa beet.

In facile à virtute deſciſcentes.
Emblema LXXXII.

Parua velut limax ſpreto Remora impete
Remorumq; ratem ſiſtere ſola poteſt:
Sic quoſdam ingenio & virtute ad ſidera
Detinet in medio tramite cauſa leuis.
Anxia lis veluti eſt, vel qui meretricius
Egregiis iuuenes ſeuocat à ſtudiis.

Forma virtutem ſuperans.
Emblema CXIX.

Cæſareo poſtquam ſuperatus milite, vidit
Ciuili vndantem ſanguine Pharſaliam,
Iam iam ſtricturus moribunda in pectora
Audaci hos Brutus protulit ore ſonos:
Infelix virtus, & ſolis prouida verbis,
Fortunam in rebus cur ſequeris dominam

Vide tit. Bonum, Probitas, Vir bonus.

Vis.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLO

VIs, Græce βία, ας, ἡ & βίαιος, ου, ὁ. violentus dicitur. tem aliquando vis virtutem. Virgil. *Longam mu Albam.* Nonnunquam poſſibilitatem. Virg. *Non nec tanta ſuperbia victis.* Interdum violentiam: idem *manibus applicat oris.* Hinc fit violo, quod eſt conta mino, polluo, & quaſi vim infero, quod proprie de vi Vide ſupra in tit. *Violentia.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Senec. Oct. Act. 2.
Quicquid exprimitur, graue eſt.

Hor. 3. Carm. 4.
Vim temperatam Dii quoq; prouehunt
In maius: iidem odere vires
Omne nefas animo mouentes.
Teſtis mearum centimanus Gigas
Sententiarum notus, &c.

Horat. 3. Carm. 4.
Vis conſili expers mole ruit ſua.

Ouid. lib. 3. de arte.
Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.
Ardua ne ſubeas ignotæ pondera molis,
Ni bene ſint tergi robora menſa tui.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Anonymus. Conflauit Cæſari magnam inuidiam, quod quidam ex his, quos Romam miſerat, ſtans in ſenatu, ſimulatque cognouit. Cæſari ſenatum non dare prorogationem, manu capulum percutiens: At hic, inquit, dabit vim Reipub. miniſtrans. *Eraſ. lib. apoph.*

¶ Adagia.

Leonis catulum ne alas. λέοντος σκύμνον μὴ τρέφε.

Admonet adagium, non eſſe fouendam potentiam, quæ leges poſſit opprimere.

Lex in manibus. ἐν χειρῶν νόμῳ.

Dicitur, quum res vi geritur, non ex præſcripto legum.

Leonina ſocietas.

Eſt, quum omne commodum ad vnum aliquem redit, reliqui vi fraudatis. Mit groſſen Herren iſt nicht gut kirſchen eſſen.

Atticus aduena. Ἀττικὸς πάροικος.

In violentos & feroces vicinos dicebatur. Proinde proprie quadrabit in eos, qui iti nuper in munus aliquod aſciti ſunt, vt ſuperiores eiiciant.

Ferro diuidere.

In hos, qui vi rem gerunt, & quibus ferro geritur res, & quibus leges inter arma ſilent. Huic ſimile eſt. Ius in manu reponere.

Ad ſaga ire.

Pro eo, quod eſt apparare bellum, & ad arma procurrere. Sagum tunicula erat militaris.

Capillis trahere. τῶν τριχῶν ἕλκειν.

Dicuntur, qui vi perpellunt. Quod & hodie dicitur: Auribus trahere. Bey oder mit den haaren zu ziehen.

Cyclopeum more. Κυκλωπικῶς.

Ariſtoteles Cyclopicam vitam appellat, vbi nullis publicis legibus viuitur.

Oculum excludere.

Hac figura vulgus adimit omnem ſpem petenti, vt dicat: Si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito. Du ſolleſt mir ehe ein Auge mit einem finger außſtechen.

Centaurice. Κενταυρικῶς.

Centaurice fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciuiliterue fieret, ſumpta voce a Centaurorum moribus. Ariſtoph.

Τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς Κενταυρικῶς.

Quis oſtium pulſauit ita Centaurice?

Mars rex. Ἄρης τύραννος.

In principem, qui vi non legibus Rempubl. tractat.

Rus ciuitas. ἀγρὸς ἡ πόλις.

Vbi quis in vrbe neglectis legibus, vi proq; ſua libidine rem gerit.

Hoſpes indigenam. ἔπηλυς τὸν ἔνοικον.

Subaudiendum, ἐξέβαλεν, id eſt, eiecit. Vſus fuerit, quum aliena profeſſionis quiſpiam alium in propria vincit arte.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω.

Admonet, iniquum non admittendum. Geometriam enim pro æqualitate accipiunt.

Priuſquam ſortiaris, communia deuoras. πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεσθίεις.

In eum competit, qui non expectata partitione rem inuadit.

Non mouenda moues. ἀκίνητα κινεῖς.

Quadrabit aut in eos qui moliuntur ἀδύνατον aliquid: aut qui res ſacras violant: aut qui pacta mutant, ſiue qui conuitiis inceſſunt eos quibus ob authoritatem debetur reuerentia.

In antrum haud legitimum ſtimulum impingis. εἰς τρυμαλιὴν οὐχ' ὁσίην τὸ κέντρον ὠθεῖς.

Dicterium Socratis in Philadelphum, qui ſororem Arſinoen exemplo Iouis vxorem duxerat.

Abſtinenda vis à regibus.

Qui dicet haud temere manum immittendam in reges potentes, aut viros Deo dicatos, adducet illud Homeri:

Δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊόν ἐστιν,
Κτείνειν.
Res dura ac plena pericli eſt,
Regale cecidiſſe genus.

Cyclopica vita. βίος Κυκλωπικός.

Pro vehementer effera ac barbara, quæ neq; legibus neq; diſciplina ciuili conſtet, neq; religione Deorum gubernetur.

Cyrnia terra. Κυρνία γῆ.

Dicebatur regio Latrociniis infamis, cuiuſmodi ferunt olim fuiſſe Cyrnum. Prouerbium non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum.

Martis campus. Ἄρειος πεδίον.

In eos detorquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quiq; rem vi, non iudicio gererent.

In caput præcipitari. ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι.

Hoc eſt, præcipitem dari dicebant eum, qui per ſummam contumeliam expelleretur, vel qui funditus perderetur.

Vide Violentia.

Viſus